

# INDEX

PROOEMIUM . . . . . pag. 5-11

## PARS PRIMA

### DE IPSO INCARNATIONIS MYSTERIO.

Huius partis divisio in tria capita. . . . . 15-17

## CAPUT PRIMUM

### QUAEST. I. De convenientia incarnationis.

- QUAEST. I. — THESIS I. Incarnatio de sui ratione, nullam habet in quacumque hypothesi disconvenientiam cum divinis attributis, sed absolute dicensa est convenire Deo, et non dedecere eius Majestatem. . . . . 18-23  
THESIS II. Fuit etiam convenientissima incarnatio in ordine ad reparationem generis humani lapsi; imo, ut divinae iustitiae pro peccato condigne satisficeri posset, omnino requireretur . . . . . 23-31  
THESIS III. Quamvis, peccato non existente, adhuc sua incarnationi fuisse convenientia, ad factum tamen quod attinet, probabilius dicitur hoc divinum opus in reparationem humanae naturae ita ordinatum, ut vi praesentis decreti, si homo non peccasset, Deus incarnatus non fuissest. . . . . 31-42  
THESIS IV. Conveniens demum fuit ut incarnatio, nec statim fieret ab origine mundi, nec etiam differretur in finem saeculorum, sed in medio temporum perficeretur, sicut re ipsa effecta est . . . . . 42-47

## CAPUT SECUNDUM

## QUAEST. II-XV. De modo unionis Verbi incarnati.

*Comprehendit quaestiones de modo unionis secundum se, de persona assumpta, et de natura assumpta . . . . .* 48

## § I. DE IPSA UNIONE HYPOSTATICÀ.

QUAEST. 2. — Necessitas praeviae disputationis de natura et supposito . . . . .	48-49
<i>Principia S. Thomae . . . . .</i>	49-76
<i>Principia ab aliis theologis propugnata . . . . .</i>	77-87
<i>Principia heterodoxa . . . . .</i>	87-88
<i>Conclusio . . . . .</i>	88
THEISIS V. Unio Verbi incarnati facta est in persona, non autem in natura . . . . .	90-99
THEISIS VI. Haeretica est sententia eorum qui unionem incarnationis in persona, sed non in supposito seu hypostasi factam esse dixerunt; item eorum qui posuerunt, partes naturae humanae a se invicem separatas uniri Filio Dei accidentaliter; sed fide catholica tenendum est, unionem divinitatis ad humanitatem esse <i>hypostaticam</i> , id est secundum <i>subsistentiam</i> , adeoque recte dici potest personam Christi post incarnationem esse compositam, in quantum una et eadem in duabus naturis subsistit . . . . .	99-110
THEISIS VII. Non explicatur unio incarnationis per hoc, quod Verbum assumpsit naturam cui omnia adsunt positiva hypostasis creatae constitutiva, et sola deest ad personae rationem, assumptionis negatio. — Item nec per hoc, quod humanitas propriam habens existentiam, sed modalitate personalitatis destituta, formaliter coniungitur Verbo per quemdam, ut aiunt, unionis modum substantialem. — Item nec per hoc, quod personalitas Verbi est loco illius termini quo alias, iuxta Cajetanum, natura creata ultimo terminatur, et fit suppositum. — Sed explicatur per hoc, quod humanitas sic communi-	

catur Verbo, ut in illo exsistat et non in semetipsa, quatenus scilicet, esse personale Filii Dei supplet vices creatae exsistentiae, sive proprii actus essendi qui eidem humanitati naturaliter debebatur . . . . .	111-145
THESSIS VIII. Unio hypostatica sumpta pro relatione innascente inter duo unita, est in sola natura humana realiter, in Verbo autem secundum rationem tantum . . . . .	145-148
THESSIS IX. Unio incarnationis, etsi facta non sit per gratiam habitualem, est donum supernaturale per excellentiam; ipsam nulla merita, nec ipsius Christi, nec alterius cuiusvis, praecedere potuerunt; dici tamen potest Christo naturalis, in quantum est in humanitate ipsius ex virtute naturae divinae a primo instanti conceptionis sive nativitatis . . . . .	148-150
Conclusio <i>in qua tota quaestio breviter recapitulatur</i> . . . . .	150-153

§ 2. DE MODO UNIONIS EX PARTE PERSONAE ASSUMENTIS.

QUAEST. 3. — THESSIS X. Personae divinae propriissime et primario convenit denominatio assumentis; naturae autem, nonnisi secundario et ratione personae cum qua est realiter idem. Quod quidem omni ex parte adhuc maneret verum, etiamsi per impossibile non essent relationes quibus in Deo supposita multiplicantur . . . . .	154-156
THESSIS XI. Solus Filius secundum Scripturas homo factus est, non autem Pater nec Spiritus Sanctus; adeoque fides catholica manifeste docet, unam personam divinam posse sine alia naturam creatam assumere. Sed quoad huius veritatis expositionem, nulla reperiri potest inter varias sententias differentia, quia omnes indiscriminatim dicere debent, uniri humanitatem cum esse Verbi, quod est ipsum esse divinum distincto atque incommunicabili modo habitum per relationem filiationis . . . . .	156-164
SCHOLION. <i>Loquendo de potentia absoluta, nihil repugnantiae est in hoc quod plures personae divinae unam numero naturam assumant, vel e converso, una persona plures naturas</i> . . .	165-166

THESIS XII. Habita ratione finis incarnationis,  
conveniens fuit ut Verbum incarnaretur, potius quam Pater vel Spiritus Sanctus . . . 166-167

§ 3. DE NATURA ASSUMPTA  
ET COASSUMPTIS PERFECTIONIBUS AC DEFECTIBUS

- QUAEST. 4. — THESIS XIII. Humana natura prae aliis omnibus  
naturis, fuit a Filio Dei assumptibilis . . . 168-171  
SCHOLION, *ubi de effato Patrum: Verbum as-*  
*sumpsisse quidquid in natura nostra, ut Crea-*  
*tor, inseruit* . . . . . 171-172
- QUAEST. 5. — THESIS XIV. Filius Dei assumpsit verum corpus,  
scilicet carnem ex stirpe Adae propagatam,  
et similiter animam, eamque intellectivam seu  
rationalem . . . . . 172-178
- QUAEST. 6. — THESIS XV. Simul tempore facta est assumptio  
totius humanitatis et omnium partium eius;  
sed ordine naturae, recte dicitur Verbum as-  
sumpsisse corpus mediante anima, animam  
mediante spiritu, et partes mediante toto . . . 178-179
- QUAEST. 7. — THESIS XVI. Fuit in anima Christi gratia habi-  
tualis; fuerunt etiam virtutes et dona, iis so-  
lum exceptis quae cum statu comprehensoris  
componi absolute non possunt . . . . . 180-186  
SCHOLION *de donis gratiae gratis datae* . . . . 186-187
- THESIS XVII. In Christo, eoque solo, est abso-  
luta et perfecta habitualis gratiae plenitudo;  
unde gratia eius vero quodam sensu dicitur  
esse infinita, et sicut nunquam potuit adau-  
geri, ita nunquam per gratiam cuiuslibet pu-  
rae creaturae poterit adaequari . . . . . 188-192
- QUAEST. 8. — THESIS XVIII. Christus est secundum diversos  
gradus caput omnium qui vel actu vel po-  
tentia supernaturalem vitam participant; cae-  
teris tamen paribus, pleni et perfectius est  
caput hominum, quam sit angelorum; deni-  
que gratia capitis in eo, non re, sed ratione  
tantum differt a gratia habituali qua anima  
eius in seipsa sanctificatur . . . . . 192-198
- QUAEST. 9-10. — THESIS XIX. In Christo a primo instanti suae  
conceptionis fuit scientia beata, qua di-  
vinitas in seipsa videtur; fuit insuper in eo  
haec scientia secundum summum gradum  
perfectionis qui dari potest in actuali or-

- dine rerum; per eam denique, anima Christi cognoscit omnia quae Deus scit scientia visionis . . . . . 198-208
- QUAEST. 11-12. — THESIS XX. Praeter scientiam beatam, fuit ab initio in anima Christi scientia infusa, per quam absque dependentia a phantasmatibus cognovit omnes res naturalis ordinis, necnon et omnia mysteria gratiae quae unquam facta sunt vel fient. Agnoscendum etiam in eo est tertium genus scientiae, scilicet acquisitae, in qua sola profecit secundum naturae ordinem, mensuram aetatis, et rerum experientiam . . . . . 209-216
- SCHOLION et conclusio circa modos scientiae quos habuit anima Christi . . . . . 216-219
- QUAEST. 13. — Praevia declaratio circa potentiam animae Christi. 219-221
- THESIS XXI. Anima Christi, ut instrumentum coniunctum Verbo, habuit per modum habitus, potentiam ad facienda omnia miracula ordinabilia ad incarnationis finem; specialiter vero, et eadem de causa, eius potestati omnis dispositio proprii corporis totaliter subdebatur. . . . . 221-230
- QUAEST. 14-15. — THESIS XXII. Christus convenienter assumpsit pro statu viae defectus qui consequuntur ex peccato communi totius naturae, et non regnant plenitudini scientiae et gratiae: illos scilicet omnes et solos qui ad passibilitatem tam corporis quam animae pertinebant. 230-239
- THESIS XXIII. Speciali miraculo tribuendum non est, quod in Christo, simul cum fruitione beata fuerint dolores tam exteriore quam interiores, iidemque tam in parte sensitiva quam in parte superiori; sed horum coexistentia connaturaliter consequebatur ad statum quem habuit Christus in terris, secundum quod unicuique virium permittebatur id agere et pati quod sibi proprium erat, quin bonum vel nocumentum unius potentiae redundaret in aliam . . . . . 240-248
- NOTA de Christo comprehensore quantum ad animam, et viatore quantum ad corpus . . . . . 248-249

## CAPUT TERTIUM

## QUAEST. XVI-XXVI. De consequentibus unionem.

<i>Hic sermo est de iis omnibus quae per logicam deductionem erui possunt ex hac generali praemissa: Humanitas est unita Verbo secundum hypostasim . . . . .</i>	250-251
<b>§ I. DE CONSEQUENTIBUS UNIONEM</b>	
<i>Quantum ad ea quae competitur Christo, tam secundum rationem entis, quam secundum rationem unitatis.</i>	
QUAEST. 16. — THESIS XXIV. Ex hoc quod humanitas et dinitas unitae sunt in uno Verbi supposito, consequitur quod concreta utriusque naturae, vere et proprie de se invicem praedicantur. — Consequitur etiam quod idiomata sive proprietates naturae tam divinae quam humanae, adjective significata, possunt indifferenter praedicari de quibuslibet nominibus supponentibus pro hypostasi, sive nomen de quo dicuntur det intelligere utramque naturam, sicut hoc nomen <i>Christus</i> ; sive solum natu ram divinam, sicut hoc nomen <i>Deus</i> , vel <i>Filius Dei</i> ; sive solum naturam humanam, sicut hoc nomen <i>homo</i> , vel <i>Iesus</i> . — Non tamen ea quae sunt unius naturae, possunt praedicari de alia, secundum quod in abstracto significantur . . . . .	251-256
THESIS XXV. Loquendo de iis quae convenient Christo secundum fieri, haec est vera: <i>Deus factus est homo</i> ; falsa autem ista: <i>Homo factus est Deus</i> . . . . .	256-257
SCHOLION in quo expenduntur varia quaesita circa modos loquendi . . . . .	257-259
QUAEST. 17. — THESIS XXVI. Ex hoc quod secundum fidem catholicam una est Dei et hominis hypostasis, consequitur Christum esse simpliciter unum, et nullo modo duo, sicut auctores primae opinionis apud Magistrum posuerunt. Rursus, contra auctores etiam tertiae opinio nis consequitur, non aliud in eo haberi esse existentiae secundum quod ab aeterno est Deus Verbum, et aliud secundum quod in tempore factus est homo. . . . .	260-266

- QUAEST. 18. — THESIS XXVII. Ex hoc quod duae naturae integræ et inconfusæ in uno Verbi supposito conveniunt, sequitur esse in Christo duas naturales voluntates non contrarias, divinam scilicet et humanam; ipsamque humanam, tam quæ rationis quam quæ sensualitatis dicitur, fuisse in omnibus subiectam divinae eius atque omnipotenti voluntati . . . . . 266-273

THESSIS XXVIII. Cum eo ordine quo humana voluntas sub divina infallibiliter continetur, optime stat libertas arbitrii. Quin imo, si solum consideraretur speciale divinitatis regimen in voluntatem assumptam, nequidem libertas contrarietatis censenda foret fuisse intrinsece ablata. Sed quia ex alio titulo auferebatur, id est, ex beatitudine animæ, simpli citer dicendum est, nullam fuisse in Christo libertatem a necessitate, respectu eorum quæ per divinam legem vel iubebantur vel prohibebantur . . . . . 274-278

THESSIS XXIX. Ex praemissis consequitur quod, cum vellet Deus absoluta voluntate beneplaciti redemptionem hominum per liberam satisfactionem in morte crucis, eo ipso dicendus non est imposuisse Christo praeceptum patiendi; sed ipsum beneplacitum divinae voluntatis metaphorice dicitur in Evangelio praeceptum sive mandatum, secundum quod apud nos homines, praeceptum solet esse signum voluntatis in superiore existentis . 278-284

QUAEST. 19. — THESSIS XXX. Sicut duas voluntates, ita duas operationes secundum totidem operatrices naturas, oportet in Christo confiteri; sed quia « agit utraque forma cum alterius communione quod proprium est », dum divinitas regit operationem humanitatis, ea que utitur, ac humana vicissim operatio specialem ex divinitate unita sortitur efficaciam, recte Sancti Patres, ad exprimendam hanc ordinis unitatem, operationem in Christo *theandricam*, seu *deivirem* praedicaverunt . . . . . 285-290

SCHOLION. *Ad operationem theandricam maxime pertinet satisfactio qua Christus condigne satisfecit pro peccatis nostris, necnon et meritum quo generi humano meruit restitutionem gratiae.* 291-294

§ 2. DE CONSEQUENTIBUS UNIONEM QUANTUM AD EA  
QUAE CONVENIUNT CHRISTO  
PER COMPARATIONEM AD DEUM PATREM.

- QUAEST. 20. — THESIS XXXI. Christus secundum naturam humanam est subiectus Patri, imo et sibi ipsi prout una cum Patre et Spiritu Sancto, in natura divina praestet ac dominatur; quare toti Trinitati salutare offerre sacrificium, et iustum pro peccatis satisfactionem potuit exhibere. . . . . 295-298
- QUAEST. 21. — THESIS XXXII. Christo secundum quod est homo, et humanam voluntatem habens, competit orare; oravit autem tam pro se quam pro aliis, et omnis eius oratio fuit exaudita. SCHOLION *de oratione dominica* . . . . . 298-301  
301-303
- QUAEST. 22. — THESIS XXXIII. Christus constitutus est in Ecclesia summus sacerorum minister et sacerdos in aeternum; est autem ipsem hostia sacerdotii sui, cuius effectus in vera peccatorum expiatione, et in adoptione bonorum aeternorum consistere dicendus est. . . . . 303-306
- QUAEST. 23. — THESIS XXXIV. Christus qui est Filius Dei naturalis, nullo modo dici potest adoptivus. 306-310
- QUAEST. 24. — THESIS XXXV. Christus secundum quod homo, fuit praedestinatus ad hoc quod esset Filius Dei naturalis; considerando autem praedestinationem ex parte termini, dicendum est praedestinationem eius fuisse causam et exemplar praedestinationis nostrae . . . . . 310-314

§ 3. DE CONSEQUENTIBUS UNIONEM, QUANTUM AD EA QUAE CONVENIUNT CHRISTO PER COMPARATIONEM AD NOS.

- QUAEST. 25. — *Praenotiones de adoratione latiae, duliae, hyperduliae* . . . . . 314-316
- THESIS XXXVI. Una est adoratio Christi Dei et hominis, ex parte rei adoratae; debetur autem ei propter divinitatis excellentiam adoratio latiae, qua in eius hypostasi et ipsa coadatur humanitas . . . . . 316-320
- SCHOLION. *Sicut adoratio dirigitur ad humanitatem, ut ad rem non tam adoratam quam coadoratam in persona Verbi, sic et ad partes humanitatis. Recte autem Verbum incarnatum*

<i>proponitur specialiter adorandum secundum ipsas partes in quibus peculiare consideratur documentum vel symbolum amoris eius erga nos; unde dicendum est legitimum esse cultum quem Sacratissimo Cordi desert Ecclesia.</i>	320-323
<b>THESIS XXXVII.</b> Cultu latriae relativo adoratur imago Christi, et potiori adhuc titulo, praeter caetera passionis instrumenta, ipsum lignum crucis in quo Salvator pro nobis affixus est . . . . .	323-325
<b>QUAEST. 26.</b> — <b>THESIS XXXVIII.</b> Christus secundum quod homo, est primus et summus mediator noster apud Deum . . . . .	325-326

---

## PARS SECUNDA

DE HIS QUAE DEUS INCARNATUS EGIT ET PASSUS EST.

Divisio huius partis in quatuor capita. . . . .	329
---	-----

### CAPUT PRIMUM

QUAEST. XXVII-XXXIX. *De his quae pertinent ad ingressum Christi in mundum.*

<i>Praemittitur allegoria de Virgine Matre, ex. Luc. X-38 et seq..</i>	329-331
--	---------

<b>QUAEST. 27.</b> — <b>THESIS XXXIX.</b> De Virgine Matre generaliter tenendum est, quod in ordine reparationis eum locum tenet, quem tenuit Eva in ordine perditionis; nam sicut ex insigni oraculo Geneseos edocemur, totius redemptionis nostrae ratio in quadam recirculatione contra diabolum consistere dicenda est, quatenus omne id quod machinatus fuerat Satanás ad ruinam generis humani, illud ipsum ordine contrario divinitus dispositum est ad salutem. Quo fit ut novo Adae, id est Christo, indissolubili nexu ad dissolvenda diaboli opera coniungi debuerit nova Eva, id est, Maria. .	332-347
--	---------

THESSIS XL. <i>Gratia Virginis omnem aliam gratiam, non hominum modo, verum etiam angelorum, longe exsuperat. Quippe, recti ordinis convenientiae omnino exigebant ut mulier non acquireret ad Deum relationem matris ad filium, nisi mediante proportionata coniunctione secundum spiritum. Ideo haec una sublimis ac prorsus singularis maternitas est, in qua cognatio sanguinis spiritualis unionem consequitur, et vicissim unio spiritualis intimitati corporalis cognationis plane commensuratur.</i>	348-353
COROLLARIUM. <i>Pro certo tenendum, originalem gratiam in Maria penitus somitem abstulisse, et ideo in ipsa, sicut in Domino Iesu Christo, non fuerunt nisi naturales et indetectabiles defectus qui perfectioni sanctitatis omnino non repugnant.</i>	353-358
QUAEST. 28. — THESSIS XLI. <i>Fide catholica tenendum est Beatam Mariam permansisse virginem ante partum, in partu, et post partum</i>	358-361
QUAEST. 29. — THESSIS XLII. <i>Oportuit Mariam ante conceptionem Filii Dei, desponsari Ioseph, cum quo, vero matrimonio fuit coniuncta.</i>	361-362
QUAEST. 30. — THESSIS XLIII. <i>Quia denum necesse fuit secundum ordinem a divina Sapientia praestitutum, ut incarnationis exsecutio a Virginis consensu dependeret, ipsaque Virgo Verbum Dei prius mente conciperet quam corpore, ideo id quod in ea erat generandum, ei debuit per angelum annuntiari.</i>	363-365
QUAEST. 31-34. — <i>De Christi conceptione quantum ad materiam ex qua, deque eius genealogia</i>	366-369
<i>De Christi conceptione quantum ad principium activum</i>	369-370
<i>De modo, ordine, instantaneitate conceptionis Christi</i>	371-373
QUAEST. 35-36. — THESSIS XLIV. <i>Beata Virgo, cum sit mater Christi secundum temporalen eius nativitatem, Dei genitrix vere dicitur et est; imo in hoc nomine <i>Deiparae</i>, tota recapitulatur fides incarnationis</i>	373-377
SCHOLION I <i>de circumstantiis nativitatis Christi quoad tempus et locum</i>	378-381
SCHOLION II <i>de manifestatione Christi nati, et de mysteriis in ea latentibus.</i>	381-386

QUAEST. 37. — THESIS XLV. Conveniens fuit ut Christus circumcidetur, et quadragesimo die in templo, secundum legis consuetudinem praesentaretur . . . . .	387-389
QUAEST. 38-39. — De baptismo, per quem initiatum est publicum ministerium Christi apud populum Israel. Conclusio . . . . .	389-390 390

## CAPUT SECUNDUM

## QUAEST. XL-XLV. De his quae pertinent ad progressum vitae Christi in hoc mundo.

<i>Partitio capitii</i> . . . . .	391
QUAEST. 40-42. — De conversatione, tentatione, et doctrina Christi. . . . .	391-395
QUAEST. 43-45. — De miraculis Christi . . . . .	396
Quod veritatem, necnon et vim probantem miraculorum Christi luculenter demonstrat nobis Deus in inimicis nostris. . . . .	396-401
Quod argumenta quibus ex ipsa sacri textus relatione ostensionem divinitatis in Christi miraculis elevare conantur, vana sunt et inania . . . . .	401-408
Quod dupli de causa miracula per Christum facta, eius divinitatem ostenderunt. . . . .	408-410

## CAPUT TERTIUM

## QUAEST. XLVI-LII. De exitu Christi ab hoc mundo.

<i>Capitis partitio</i> . . . . .	411
QUAEST. 46. — THESIS XLVI. Convenientissimum fuit ut reparatio nostra, quae finis fuit adventus Christi in mundum, fieret per eius passionem, passionem autem crucis . . . . .	411-414
THESIS XLVII. Christus passus est omne genus passionis humanae, et dolor eius fuit maximus inter dolores praesentis vitae, tametsi ratio superior in ipso, in summa iucunditate contemplationis excelsa divinitatis semper inhabitans, inalterabili essentialis beatitudinis gaudio semper frueretur . . . . .	415-420
THESIS XLVIII. Circumstantiae etiam temporis et loci in passione Dominica, symbo-	

- licae fuerunt atque figurales, id est, plurimi resertae mysteriis . . . . . 421-425
- QUAEST. 47.** — **THESS XLIX.** In causis efficientibus passionis Christi, aliter et aliter numerantur tum Iudei a diabolo moti, tum ipse Christus secundum quod homo, tum denique Pater, imo tota Trinitas . . . . . 425-427
- QUAEST. 48.** — **THESS L.** Passio Christi causavit salutem nostram per modum satisfactionis, per modum meriti, per modum sacrificii, per modum redemptionis, ac demum per modum efficientiae. 427-435
- THESS LI.** Christus ex rigore iustitiae satisfacere et mereri nequaquam potuit; quo tamen non obstante, satisfactio eius ac redemptio fuit ex sua intrinseca dignitate, non solum aequivalens et condigna, verum etiam superabundans, imo infinita. 435-441
- QUAEST. 49.** — **THESS LII.** Passio Christi praecessit ut quedam universalis causa remissionis peccatorum, quam necesse est singulis applicari ad propriorum deletionem peccatorum; valet autem ad liberationem ab omni malo, perfectamque beatitudinem *certo ordine* consequendam; et quia ordo iste in hoc maxime consistit, ut per prius constituamur in via ad regnum coelorum, constat merita Christi non excludere merita et satisfactiones nostras, quae recte dicuntur nisi meritis et satisfactoribus eius . . . . . 442-446
- SCHOLION.** *Pro omnibus hominibus mortuus est Christus, et ideo redemptio eius est universalis quoad sufficientiam, tametsi passionis fructus, nec ad omnes proveniat quoad efficaciam, nec etiam proveniat aequali modo ad eos ipsos qui re et actu participes eius efficiuntur . . . . .* 446-448
- QUAEST. 50-52.** — **THESS LIII.** Christus est vere mortuus per animae separationem a corpore, manente interim unione disiunctarum partium ad suppositum Verbi. Fuit etiam sepultus ad veritatem mortis magis comprobandum, et tribus diebus, tribusque noctibus, secundum Scripturas, permansit in sepulcro. Denique statim ac in cruce exspiravit, descendit ad inferos, et per praesentiam animae suae penetravit in limbum Patrum, quos ipso instanti, aeternae gloriae effectis participes . . . . . 449-454

## CAPUT QUARTUM

**QUAEST. LIII-LIX. De exaltatione Christi post hanc vitam.**

- |   |         |
|---|---------|
| <i>Capitis partitio</i> . . . . .   | 455     |
| <b>QUAEST. 53-54.</b> — De resurrectione Christi secundum se, tum <i>quoad qualitates resurgentis</i> , tertio <i>quoad causalitatem respectu iustificationis et resurrectionis nostrae</i> . . . . . | 455-457 |
| <b>QUAEST. 55.</b> — <b>THESIS LIV.</b> Convenienti ordine et sufficientissimis argumentis manifestata est mundo resurrectione Christi. . . . .   | 458-471 |
| <b>QUAEST. 57-59.</b> — De Christi ascensione, sessione ad dexteram Patris, et iudicaria potestate . . . . .  | 471-476 |
- 

## P A R S T E R T I A

**DE CREDIBILITATE MYSTERII INCARNATIONIS.**

- |  |         |
|--|---------|
| <i>Huius tertiae partis ratio et obiectum</i> . . . . .  | 479     |
| THESIS LV. Christus in terris degens, verum se esse Deum disertis ac perspicuis testimoniis declaravit; idemque post ipsum praedicaverunt missi ab eo Apostoli. . . . .  | 480-507 |
| THESIS LVI. Supradictas de Christi divinitate attestaciones evidenter credibiles faciunt, in primis prophetiae Messianicae, quae ab antiquissimis temporibus multifariam multisque modis editae, in una persona Iesu Christi mirabiliter fuerunt adimpletae . . . . .  | 507-537 |
| THESIS LVII. Fundamentale christianaе religionis dogma evidenter credibile etiam faciunt facta miraculosa quae in libris N. T. referuntur; praesertim vero, ineffabilis ex omni parte perfectio Iesu Christi, qui in nobis habitavit plenus gratiae et veritatis, omnemque humanae naturae proportionem supermodum excedens, terras pertransivit . . . . . | 537-548 |
-